



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1508. usque ad annum 1513

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118456

§. 36. Convocati Concilii obtentus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66433](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66433)

SACR. XVI.
A.C. 1511.

§. XXXVI.

Convocati Concilii obtentus.

Præterea ostendunt, equidem ex sacrorum Canonum præscripto, ac ex lege ordinaria Synodos a Pontifice esse convocandas, non tamen deesse casus, in quibus etiam absque illius auctoritate Concilium indici, ac congregari valeat. Postea Pisanæ suæ Synodi convocationem quatuor ex cauiss honestare nituntur, nimirum primo ob Ecclesiæ præceptum II. propter Pontificis votum, III. ob Cardinalium juramentum, IV. propter maximum scandalum evitandi necessitatem Concilium ab ipsis fuisse convocatum afferebant: Porro Ecclesiæ præceptum derivabant ex Sessione trigesima nona Concilii Constantiensis, atque rationibus eidem objectis, necnon iis, quæ Julii fautores ad excusandum hoc juramentum protulerant, respondent; demum Pontifici exprobrant, quod Romæ suum Concilium indixisset, militum turmis cinctus (*), non tam tuendæ libertatis, & Ecclesiæ reformatæ studio, quam auctoritatem suam firmandi cupidine, cum econtra ipsi Pisanam Synodus convocasset adhucdum Romæ agentes; Cæfaris enim

(*) Vide §. LII.

enim edictum jam decima sexta Januarii, Sæcul. XVI.
 Gallorum Regis autem decima quinta Fe- A.C.1511.
 bruarii die datum ajebant, hanc tamen
 convocationem promulgare minime se au-
 sos declarabant, eoquod metuerent Ponti-
 fics indignationem ipsis satis probatam,
 atque cognitam.

Demum quæstionem discutiunt, ut-
 rum Papa in propria caussa Concilium
 convocare valeat, & an Joannes XXIII.
 contra se ipsum Constantiensem Synodum
 indixisset; cum vero Julius eisdem angu-
 stum temporis spatium objecisset, Patres
 respondent, atque demonstrant, adhuc
 arctiorem fuisse terminum, infra quem
 primitivæ Ecclesiæ adesse jubebantur;
 urbem quoque Pisanam maxime congru-
 am, ac congregandis Patribus peroppor-
 tunam dicunt, unde in memoriam revo-
 cant primum Concilium in hac urbe an-
 no millesimo quadringentesimo octavo ad
 extirpationem schismatis celebratum, nec
 non confluentium Prælatorum frequen-
 tiā; Romanū vero, ex quo arcibus, mu-
 nimentis, præfidiisque per Romanos Pon-
 tifices firmata esset, celebrandis Conciliis
 haud amplius aptam asserebant, cum Spi-
 ritus sanctus non nisi animabus liberis af-
 flaret, eoquod ibi libertas sit, ubi Spiriti-
 tus Domini, proin cum Julius Romæ ex-
 ercitū stipatus resideret, hæc urbs haud

Q 3 tutum

Sæcul. XVI. tutum foret receptaculum illis, qui de
A.C. 1511. necessitate, qua Ecclesiæ decor stabili
emendatione restitui deberet, agere de-
siderant. Denique hanc apologiam ab-
solvunt eludendo censuras, quas Papa
contra Patres pronunciaverat, simulque
demonstrant, quod ad revocandum pri-
mævum Ecclesiæ nitorem, ac veterem
disciplinam Ecclesiasticam solide redden-
dam omnino liberi Concilii celebratio ne-
cessaria sit (*).

§. XXXVII.

(*) Habetur etiam in actis Conciliabuli Pi-
sani pag. 71. & seq. Concilii Pisani apologia a
Philippo Decio, celebri Jurisconsulto Mediola-
nensi confarcinata, quæ tamen vix non iisdem
principiis innititur. Ita nempe, exclamat Spon-
danus, nulla fuit unquam tam injusta causa,
quæ non etiam egregios defensores nacta fuit.
Hanc vero Decii apologiam Angelus Anachorita
Vallis Umbrosæ, solidius vero Thosias de Vio
Cajetanus Ord. FF. Prædicatorum, Franciscus Pog-
gius, aliisque pietate ac scientia Viri clariſſimi con-
futarunt. Quapropter haud satis mirari possumus,
qua ratione Continuator hoc conciliabulum contra
ferme omnium Scriptorum, ac nationis quoque
Gallicæ Doctorum sententiam appellare audeat
Synodus Oecumenicam, illiusque membra ho-
norifico Patrum nomine dignari præsumat. Inte-
grum omnino librum conscribere deberem, si om-
nium Authorum dicta, ac censuras, quibus hunc

con-